

1 al. turbo... quid aut consultationibus... Confidentium agit, aut ab accusantium parte proponitur...

AN IDEO ALIQUIS HABENDUS SIT INIMICUS, QUIA CRIMEN ALTERIUS INDICAT. QUÆSTIO V.

GRATIAN. NUNC autem queritur, an sit aliquis iudicandus malevolus, quia crimen alterius indicat. De hoc scribit dicens

I. B. AUGUSTINUS Serm. 3. de communi vita Clericorum, seu regula 3. a [forte c. an. 423. in Africa.]

Non vos iudicetis esse malevolos, quando crimen alterius indicatis. Magis quippe innocentes non estis, si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis...

II. IDEM ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam, Epist. 48. [c. an. 408. ibid.]

Nec qui parcat, est amicus; nec qui verberat, inimicus. Non omnis, qui parcat, amicus est; nec omnis, qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici...

III. IDEM ex AMEROSII Serm. 84. qui sic incipit, Amavir fortasse. [c. an. 380. Mediolani.]

Non odio habetur, sed diligitur, qui castigatur & corrumpitur. Non osculatur semper pater filium, sed & aliquando castigat. Ergo, quando castigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur...

GRATIAN. Ex his verbis datur intelligi, quod magis confert utilitati fraternæ, qui crimen accusando, vel indicando persequitur...

IV. EUSEBIUS PAPA, Epist. 1. ad Episcopos Gallie. [an. 307. vel 312. Romæ in Galliam.]

Ad accusationem non admittantur aliorum crimina sponte confiterentur. Illi, qui aut in fide Catholica, aut inimicitia suspecti veritatem professionis infidelitatis, & inimicitia impedire solent...

I. ANSEL. 7. 3. c. 25. Veritas, quam sponte prolata in illis vox habere non potest.

Hanc diversis cruciatibus & latebris suis religiosus k tortor k rigorosus. exigere debet, ut dum penis corpora subiciuntur, que gesta sunt, fideliter, & veraciter exquirantur.

V. IDEM in PROVERBIIS, c. 11. [c. an. 1010. ante Chr. Hierosolymis.]

Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissa. Item infra cap. 25. §. 1. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis...

SED aliud est ex charitate aliorum crimina deferre, ut quos secreta admonitione corrigere non possumus, convictos iudicis sententia corripiat: atque aliud, insidando falsa obijcere, vel insultando vera facile exprobrare. Illud verò charitatis, hoc autem impietatis est officium.

VI. IDEM in REGISTO. Fimo Joan. Diaconus in vita B. Gregorii, lib. 4. c. 31. can. 873. Romæ.]

Quia poena sit plectendus qui quod intulit, probare non valet. QUÆSTIO VI.

QUI autem quod intulit, probare non valet, puniendus est. Unde ait

I. HADRIANUS PAPA in Capitulis, c. 41. a [an. 785. Romæ in Galliam.]

Omnes, qui aliis falsa intulerit, puniatur, & pro falsitate ferat infamiam.

II. IDEM GREGORIUS PAPA, [imò verba Gratiani.]

Qui calumniam illatam non probat, poenam debet incurere, quam si probasset, reus utique sustineret.

III. IDEM in REGISTO. Fimo Joan. Diaconus in vita B. Gregorii, lib. 4. c. 31. can. 873. Romæ.]

Quia poena feriatur, qui crimen illatum non probat. Quia juxta Canonicas Patrum sententias, qui calumniam illatam non probat, poenam debet incurere, quam si probasset, reus utique sustineret...

IV. IDEM in REGISTO. Fimo Joan. Diaconus in vita B. Gregorii, lib. 4. c. 31. can. 873. Romæ.]

Qui calumniam illatam non probat, poenam debet incurere, quam si probasset, reus utique sustineret.

GRATIAN. Imperator Theodosius. §. 1. Presbyteri citra injuriam

CAUSA VI.

questionis testimonium dicant: ita tamen, ut falsa non fident. Ceteri verò Clerici, qui eorum deinde gradum vel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout Leges præcipiunt, audiantur: ut salva tamen sit ligaturus fidei actio, si forte Presbyteri, qui suo nomine superioris loci testimonium dicere citra aliquam corporalem injuriam sui præcepti, hoc ipso, quod nihil mutant, vera supprefferint. Multo magis enim penâ digni sunt, quibus quàm plurimum honoris per nostram iustionem delatum est, si occulte inveniantur in crimine...

IV. IDEM GREGORIUS I. Januarii Episcopo, lib. 3. Epist. 24. [an. 594. Romæ in Sardianiam.]

Ad sanctæ communionis ministerium h non accedat, qui crimen illatum non probat.

Epiphanius a Presbyterum quorundam Sacerdotum i h teris criminaliter accusatum, cuius nos, ut valuinus, discutentes causam, nihilque in eo obijctorum reperientes, ut ad locum suum reverteretur, absolvimus. Crimini ergo ejus Auctores te volumus perferunt: & nisi qui eadem transmittit Epistolam, paratus fuerit hoc, quod obijcit, Canonicis, atque discretissimis probationibus edoceat, nullatenus ad sanctæ ministerium k communionis accedat.

V. IDEM ex DECRETO Hadriani Papæ, c. 49. [an. 785. Romæ in Galliam.]

Delator in autem lingua capuletur, aut convicto caput amputetur. §. 1. Delatores autem sunt, qui invidia produunt alios.

VI. IDEM ex CONCILIO ELIBERITANO. [an. 305. in Hispania.]

Delator si quis exiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit non nisi in fine accipere communionem.

VII. IDEM ex OCTAVA SYNODO P. [forte Ildori, in Reg. Monach. c. 17. c. an. 630. in Hispania.]

Qui innocenter falso crimine maculaverit, Sacerdotis arbitrio poena diuturnâ purgetur.

VIII. IDEM ex CONCILIO AGATHENSI, c. 32. [an. 506. in Gallia.]

Communionem coarctatur vel secularis, vel laicus, qui Ecclesiam, vel Clericum per calumniam fatigaverit.

SI quis verò secularium per calumniam Ecclesiam, aut Clericum fatigare tentaverit, & convictus fuerit; ab Ecclesia limitibus, & a Catholico communionem, nisi dignè poeniterit, coarctatur.

GRATIAN. Imperator Theodosius. §. 1. Presbyteri citra injuriam

Do fornicatores, & infamia notati, quemdam religiosum Episcopum de Simonia accusare nituntur: Reus alterius provincie Archiepiscopi iudicium expetit: tamen in probatione deficit accusator: Reus cogitur ad suæ innocentie assertionem.

AN CRIMINE IRRETITI VEL INFAMIA NOTATI AD ALICUJUS ACCUSATIONEM SINT ADMITTENDI. QUÆSTIO I.

Quod autem crimine irretiti alios accusare non possunt, testatur dicens

I. ANACLETUS PAPA, Epist. 2. Episcopis Italianis. [c. an. 103. Romæ in Italianam.]

A Criminijs Sacerdos accusari non permittitur. Sacerdos sine crimine eligi precipitur, nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accusari, aut calumniari permittitur, nec ab aliis, quam ab his, qui sine crimine sunt, & juxta electionem a Sacerdotibus ordinari possunt, & tales per omnia inveniantur, quales Sacerdotes eligi jubentur.

II. IDEM HADRIANUS PAPA in Capitulis, c. 21. [an. 785. Romæ in Galliam.]

Infames, & qui culpis exigentibus ad Sacerdotium provehi non possunt, Sacerdotes non accipiunt.

III. IDEM FABIANUS PAPA, Epist. 2. Episcopis Orientalibus. [c. an. 240. Romæ in Orientem.]

Infames sunt, qui regnum Dei consequi non valent. Illi, qui illa peccata perpetravit, de quibus Apostolus ait: Quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur; valde cavendi sunt, & ad emendationem, si voluntarie noluerint, compellendi: quia infamie maculis sunt aspersi, & in barathrum delabuntur; nisi eis Sacerdotali auctoritate subventum fuerit.

IV. IDEM FABIANUS, Epist. 1. [an. 236. Romæ.]

Ante satisfactionem excommunicati ad accusationem non admittantur.

OMNES illi sunt ab accusatione repellendi, quos Apostolus commemorat, dicens: Cum eis nec cibum sumere, & ante satisfactionem Ecclesie non sunt suscipiendi.

V. IDEM CLEMENS PAPA I. Jacobo Hierosolymorum a Episcopo, Epist. 1. [c. an. 68. Romæ Hierosolymam.]

Sacerdotes non nisi a coequalibus accusari debent. Batus Petrus homicidas, & adulteros, & cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coequales non erant, ab Episcoporum vexatione, & accusatione, dicente Domino, prohibebat, & non nisi coequalibus aliquid eis inferri debere docebat.

VI. IDEM CLEMENS PAPA I. Jacobo Hierosolymorum a Episcopo, Epist. 1. [c. an. 68. Romæ Hierosolymam.]

Sacerdotes non nisi a coequalibus accusari debent. Batus Petrus homicidas, & adulteros, & cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coequales non erant, ab Episcoporum vexatione, & accusatione, dicente Domino, prohibebat, & non nisi coequalibus aliquid eis inferri debere docebat.

VII. IDEM CLEMENS PAPA I. Jacobo Hierosolymorum a Episcopo, Epist. 1. [c. an. 68. Romæ Hierosolymam.]

Sacerdotes non nisi a coequalibus accusari debent. Batus Petrus homicidas, & adulteros, & cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coequales non erant, ab Episcoporum vexatione, & accusatione, dicente Domino, prohibebat, & non nisi coequalibus aliquid eis inferri debere docebat.